



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

4 De ecclesia siue templo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

DE ECCLESIA SIVE A
Templo.

a TITVLVS IIII.

Materie sedes.

a De Ecclesiis seu templis agitur in titulo de Ecclesiis ædificandis seu reparandis. *libr. 3. Decretal. tit. 48. de immunitate Ecclesiarum, &c. 3. Decret. tit. 49. de sacrosanctis Ecclesiis, & de rebus, & de priuilegiis earum. lib. 1. C. titu. 3. De paganis & sacrificiis & templis. libr. 1. C. de his qui ad Ecclesias confugiunt, vel ibi exclamant & ne quis ab Ecclesia extrahatur. C. libr. 1. ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem episcopi, &c. Nouel. 67. de Eccle. titul. & priuilegiis alijsquo agit Nouella. 171. Iustin. de Ecclesiis constitutis in Africa Nou. 37. Iustina. est Tyberii constitutio, de diuiniis domibus. De his qui imperfectum monasterium relinquunt, Nouella Leonis 14. In iure Orientali collecto per Bonasidium, inueniuntur & nouella Casarum constitutiones Nicephori Phoca 4. constitutio, ne Ecclesia prædis locupletentur, & ne sine sententia principis episcopus creetur, & constit. 5. ne de nouo construatur monasterium, aut venerabilis alia domus. Romani Argyri. de re diti magna Ecclesia, & de Alatenyo Manuelis Comnenii: ut Ecclesiarum & monasteriorum qua sunt ad urbem immobilia intacta sint a manu scisci, & 10. de immobilibus omnium, qua vbiq; sunt Ecclesiarum ad possessionem immobilium. Et Alexii Comnenii ne monasterio prædia describatur. Ad res Ecclesiæ & templorum pertineat quoque tituli de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, *lib. 3. tit. 13. Decretalium, & in sexto lib. 3. tit. 9. & Clem. lib. 3. tit. 4. Et in Nouellis Iustiniani de non alienandis aut permutandis Ecclesiasticis rebus, immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis, &c. Nouella. 7. ut etiam Ecclesia Romana centum annorum gaudeat prescriptione, Nouella 9. ut Ecclesia Sancta resurrectionis alienare possit adificia secundum ipsam ciuitatem sita, Nouella. 40. De Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione, Nouella 46. Ut de cætero commutationes rerum Ecclesiasticarum non fite fiant, &c. Nouella. 55. De priuilegiis archiepiscopi prima Iustiniana nouella. 11. In Nouella Leonis 13. de perpetuis emphyteusibus. In iure orientali collecto a Bonasidio est Leonis Iconomachi constitutio de pace.**

CAPVT PRIMVM.

i De Ecclesia nomine. 2. bonorum & ma-

lorum vna Catholica. 3. caput eius vnum, vnus pastor. 4. Ecclesia membra.

Ecclesia, nomen a Græcis ἐκκλησία, quo significatur congregatio seu cætus. *a* Et quemadmodum, congregatio, bonorum & malorum est: sic Ecclesia malorum & bonorum, Ecclesia sathanæ, *b* & Ecclesia Dei: cilla improbata, hæc est sancta, vnaque d' vniuersalis per vniuersum orbem: vnde Catholica dicta, *e* fidelium vbiq; terrarum existentium cætus, communio, vnius fidei consensus. *f* Caput eius, Christus, *g* vnde & f illa corpus domini dicitur, *h* Sponsus quoque eius Christus, *i* Et eius vnus vniuersalis pastor. *k* Cuius membra alii cætus, qui & particulares Ecclesiæ dictæ. *l*

SCHOLIA.

- C** a Numeror. c. 20. vers. 4. & Reg. 17. vers. 47. 3. Reg. 8. vers. 14. & saepe alibi in sacra pagina. ca. 8. Ecclesia. de consecrat. dist. 1. vide qua diximus. lib. 2. Syntag. 1.
- b** Verum congregationes malorum, conuenticula in iure nominantur, dum prohibentur. l. conuenticula. 15. de sacrosanct. Eccles. C. l. 3. C. de heret. explicat hoc nomen, nec in bonam partem conuenticulum accipi, Fridericus Nauisea. lib. 1. cōsiliarium rerum.
- c** Ecclesia Dei, actor. 20. ca. sed & illud. 26. q. 2. ca. legimus. 93. dist. ca. In nouo, ca. quamuis, 21. dist. ca. 1. ad Tim. 3. vers. 5. Matthai 16. vers. 18. Ecclesia Domini. Num. ca. 20. vers. 4. cap sacrosancta. 22. dist.
- d** Sic præfigurata per vnam arcã Noe. Genes. 6. & 1. Petri 3. vers. 20. per vnam columbam, Cantor. c. 6. ver. 8. docet & vnam c. 1. §. vna, de summa trinit. ca. Nouatianus, can. scire debes. 7. q. 1. Cyprian. lib. 4. Epist. 9. can. pudedda. c. schijma. 24. questione 1.
- e** ca. catholica, ca. palam. 11. distinct. disputat de hoc nomine Catholici, diuus Augustinus. lib. 3. contra Gaudensium. cap. 1.

C

D. Cyprian. lib. de unitate Ecclesie. Et iterum D. August. lib. de catechizandis rudibus. cap. 3. scribit, Ecclesiam esse populum fidelem per uniuersum orbem dispersum. In Synodo Nicena, In Symbolo, Catholica & sancta dicitur Ecclesia sanctorum, Psal. 88. cuius signa exponit Optatus Mileuitanus. lib. 2. contra Parmenionem. Et Vincentius Lyrinensis.

f *Vna fides, unum baptisma, vnus Deus, ad Ephesos. c. 4. vers. 5. Ecclesia fidei & religionis mater perpetua. l. inbemus nulli. 4. Et l. decernimus. 6. de sacrosanct. Ecclesie. & mater Ecclesia dicitur. in cap. 1. de exceptio. in ext. lib. 2. titul. 12. mater, scilicet fidelium. quia nos in baptismo regenerat. ca. qua. abstulerit. 12. q. 2.*

g *Ad Ephes. 1. vers. 22. ca. 5. vers. 23. & 1. ad Cor. c. 12. vers. 27. cap. 1. §. sed ubi, de sacra unctio. c. Romani, de iureiuran. ca. nuptiarum. 27. q. 1. quare mortuo summo pontifice, Ecclesia ideo non remanet acephala, Archid. ad c. ubi periculum, de cler. in Sex. nota & in Clemen. ne Romani eo. tit.*

h *1. ad Cor. 12. vers. 12. & 27. unum ouile, vnus pastor. Diui Ioannis. c. 10. vers. 16.*

i *Clem. 1. de summa trin. ca. Ecclesia mea. 97. dist. Ecclesia sponsa Christo. 1. ad Corinth. 11. vers. 2. praefiguratum. Psal. 44. vers. 11. Ezechiel. 16. vers. 9. ad Ephes. 5. vers. 26. Apocal. 19. vers. 8. & c. 21. vers. 10. D. Cyprian. lib. de Simplicitate praeceptorum, non pertinet ad Christi praemia qui reliquit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est, habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Et rursum lib. 4. Epist. 2. quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est.*

k *quicumque, c. alienus. 24. q. 1. ca. Ecclesia paradiso. 45. de consec. dist. 4.*

l *quemadmodum septem Ecclesia referuntur. In Asia. Apoc. c. 3. & seqq. ut alibi ad Roman. 10. vers. 16. & ad Galat. 1. ver. 2.*

CAPVT II.

Ecclesia Romana.

Dicitur † & vniuersalis Ecclesia, Romana. Et eadem caput Ecclesiarum, b dicta etiam Apostolica, quia D. Petro apostolo concessa est Ecclesiae cura generalis a domino nostro IESU CHRISTO, in caelum ascendente, & vel etiam, quod in hac vniuersali Ecclesia constitutiones & traditiones apostolicae seruantur. d Et apostoli spiritualiter & electiue genuerunt Episcopos, qui in locum illorum successi fuerunt. e

SCHOLIA.

a *ca. quis nesciat. 11. dist. in cap. scit sancta Romana. 12. dist. in ext. quia fides qua Romae plantata & predicata est, per diuos Apostolos Petrum & Paulum, per uniuersum orbem publicata fuit, ad Roma. ca. 1. vers. 8. Ibi fides vestra, & c. 1. cap. de Summa Trinitate.*

b *ca. non decet. 12. dist.*

c *c. fina. diui. Iohannis Euangelista.*

d *ca. praeceptis Apostolicis. 12. de Apostolica doctrina, qua ab Apostolis tradita, vel qua cum fide Apostolica conuenit. Tertullian. lib. de praescripti. aduer. heret. l. cum recta. 7. & l. cognoscere. §. pauci. de Summa Trinitate.*

e *ca. quorum vices. 68. dist. in ext.*

CAPVT III.

Corporis Ecclesia membratim praecipua.

Ecclēsia fidelium † habet membra sua, aliqua in caelis, & ea Ecclesia triumphans, quae iam adepta beatitudinem. a Alia habet in terris, eorum qui contendunt adipisci illam felicitatem, & faciunt Ecclesiam militantem. b Alia defunctorum, pro quibus suffragia fiunt, ut a poenis soluantur. c

SCHOLIA.

a *de qua in cap. 21. Apocalyps. Diuus Paulus ad Hebraeos. cap. 12. vers. 23. vocat Ec-*

- clesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis. Illa bonis tantum completur, illa iam secura de beatitudine est.
- b** vita enim hominis militia super terram, ut ait Iob. cap. 7. Haec Ecclesia visibilis uenturum, est mixta bonis & malis, donec separentur morte mali a bonis iudicio ultimo, ut docet parabola apud Dnu Mattheum. c. 13.
- c** vide cap. pro obeuntibus. 21. & sequente, anima defunctorum. 1. 3. 9. 2.

CAPVT. IV.

De Ecclesia Materiali.

- E**cclesia ¶ deinde pro loco, ubi facit Ecclesiasticus cœtus congregatur, accipitur, a domus oratorii, b templū, c Basilica, d id est regia, e oratorium f dicitur. Sic Ecclesia, sedes Deo consecrata per episcopum: eoque nomine dicuntur fructus beneficij, seu beneficium ipsum aliquando.

SCHOLIA.

- a** continens pro contento. ut 1. ad Corinth. 11. capit. 1. ca. Ecclesiam, ca. si quis, & compluribus aliis, de Consecratione, distinctio. 1. toto titul. de Immunit. Ecclesiar. de Sacrosanct. Eccles. cap. fin. ne pralat. vices suas. libr. 5. titul. 4. ubi & gloss. notat alias acceptiones Ecclesia, quas ibi videto, & apud Turrecrematam. lib. 1. de Ecclesia. capit. 2.
- b** cap. cum Ecclesia Dei. 5. de immunit. Ecclesia. libr. 3. dec. 5. 49. dnu Matthei. cap. 21. dnu Ioan. cap. 2. Ita & domus Dei. unde Ioannem Andream, ad capit. vnic. ad verba, si Ecclesiam, de Consecrat. Eccles. vel alt. in Sex.
- c** Vide c. euicions. 88. dist.
- d** c. Basilica, & c. omnes basilica, de Consecrat. dist. 1. cap. omnes Basilica. 16. q. 7. inter dum Basilica per Ecclesiam non consecratur, ut in cap. non oportet 29. de Consecr. dist. 1.
- e** Basilica quippe, nihil aliud est quam domus vel palatium principis. Basilica. 2. 1.

- A** de operis pub. C. lib. 8. tit. 12. vide Cœlium Rhodig. lib. 12. tit. 11. Alciat. in rubric. de Sacrosanct. Eccles. eadem ratione dixerunt Ecclesiam *κρυπταῖς*, vel *κρυπταῖς*, id est, Dominicam, ut liquet ex edictis Valerii, Maximini, Constantini, apud Nicephorum Calixtum, lib. 7. Hystor. cap. 38.
- f** c. lator. 12. quest. 5.
- g** hac apparebunt postea.
- h** ut c. si. ne pralati vices suas.

CAPVT V.

De ordine adificandi Ecclesias.

- R**itus ¶ adificandi Ecclesiis præcipue desiderati sunt: ut episcopus diœceseos, antequam Ecclesiæ incipiantur, ad locum, ubi adificandæ sunt, accedat, ibi crucem figat, publice atrium designet. Et definiat, adificaturū prius cauere vel prouidere de prouentibus, qui ad adificandam Ecclesiam, luminaria, custodiam, custodiumque stipendia, & ad onera episcopalia, sufficiant: a dehinc diligenter inquiret & præcaueat, ne qui desiderat adificare, ad quæstum id faciat proprium, neve cum clericis quæstum Ecclesiæ sit diuisurus: b prouidebit insuper, ne consecratio fiat adificatæ Ecclesiæ sine Martyris alicius reliquiis. c Consecratio porro adificio ¶ perfecto, fiet per eundem episcopum diœceseos, d aqua benedicta aspergitur, & orationes ibidem conuenientes dicuntur: e dos assignatur per eum, qui consecrati fecerit. f Altaria ¶ lapidea ibidem constituantur & consecrantur ab Episcopis, chrisimatis, vnctione & sacerdotali benedictione. g Non licet autem aliter presbytero simplici altaria in Ecclesia erigere. h Qui prohibuerit vero, ¶ vel non permiserit Ecclesiam consecrari vel ordinari, sacrilegium committit. i

SCHOLIA.

- a** c. nemo Ecclesias, de Consecrat. dist. 1. §. si quis autem voluerit, de Ecclesiast. 11. In nouell. de oueribus episcopalibus, vide

- cap. pia mentis. 16. q. 7. c. 1. ut determina-
tus sit. num. clerico. In nouell. §. 1. ut nul-
lus adificet oratorii domos, in authenticis.*
- b** *c. si quis. de Consecrat. distinct. 1.*
- c** *canon. placuit. can. de Fabric. de Consecra.
distinct. 1.*
- d** *cap. 1. de Religios. domi.*
- e** *c. nemo. de consecrat. distinctio. 1. §. si quis
autem, nouella 131. Quomodo etiam sunt
loca conseruanda docetur Nouella. 5. de
Monachis. c. 1. Nouella. 67. c. 1. ut nullus
adificet oratorii domos, & nouella. 123.
cap. 34.*
- f** *c. cum sicut. 8. de consecratio. Eccles. vel al-
ta. libr. 3. Decret. tit. 40. In Ecclesiis men-
dicantium non valde de dote curatur: in
aliis, contra, vide c. 1. & que ibi notatur, de
censib. & in ca. secundum canonicam. 23.
questio. 8.*
- g** *c. 31. altaria. & 32. altaria. de Consecratio.
distinct. 1. & consilio Epannenfi. capit. 27.
& 28. & consilio Agathensi. cap. 14.*
- h** *can. nullus presbyter. 25. de Consecrat. di-
stinct. 1.*
- i** *In decretis Gormisde Pape. capit. 10. in
can. nullus. §. qui autem, & can. sequen. 1.
questio.*

C A P. V I.

- 1 Consecratio Ecclesia non iteranda.
- 2 Et quando, & de reconciliatione.
- 3 Pollutio Ecclesie quid.

Altaria † & templa semel consecrata, iterum consecrari non debent. Nisi certis casibus olim, quibus profanari putabatur Ecclesia: ut si ambigatur, num facta fuerit consecratio: a si motu fuerit altare maius *b* seu tabula eius consecrata, quæ moueri & transferri potest sine alia consecratione. *c* Item propter homicidium, *d* aut adulterium, *e* in Ecclesia commissum: si Ecclesia exusta fuerit, si diruta funditus, & de nouo a fundamētis fuerit excitata, & altaria fuerint destructa: contra, si diruta & restituta sine motione altarium: quo casu sufficeret aquæ exorcisatæ aspersio, cum

A Missæ celebratione: cum remanserit artha Spiritus sancti data in altari. *g* Sed & reconsecrandam dicebant Ecclesiam, si consecrata fuerit ab hæreticis, alio modo, quam soleat ab Ecclesia Catholica: quia vere tunc ab hæreticis consecratio facta non est. *h*

Hodie non ex omnibus istis casibus re-² consecrantur Ecclesia. Nam si altare motum fuerit, aut si lapis superpositus, qui sigillum continet, fuerit contractus, vel diminutus, ipsum quidem altare debet de nouo consecrari, nõ autem Ecclesia. *i* Item hodie quidem homicidio & semine polluitur Ecclesia, sed non profanatur. Idcirco nunc sufficit, sine reconsecratione reconciliari aspersione aquæ benedictæ, cui vinum & cineres immisceantur, & id ipsum dicendum, si polluitur cæmeterium per sepulturam excommunicati: nam eo eiecto sic reconciliatur solemniter. *l* Reconciliationis porro aqua ab alio, quam ab episcopo benedici non potest: tollitur que consuetudo contraria, quæ permittebat simplicibus sacerdotibus. *m*

Polluta Ecclesia † censetur pollutum ³ cæmeterium ei contiguum: quamuis polluto cæmeterio nõ polluitur Ecclesia. Sicuti duobus cæmeteriis contiguis, pariete diuisis, altero polluto alterum non censetur pollutum. *n*

D Cæterum hic pollui dicitur Ecclesia aut cæmeterium, quatum ad opinionem hominum, qui quantum in illis est, polluere dicuntur: non quod pertinet ad res, quæ incorruptæ remanēt, & coinquinari non possunt. *o*

S C H O L I A.

a *ca. Ecclesis, 20. de Consecrat. dist. 1.*

b *can. Ecclesia 8. de consecrat. dist. 1.*

c *can. si motum 19. de consecrat. dist. 1.*

d *can. concedimus. ead. dist.*

e *dict. ca. si motum, ca. Ecclesis, 20. de consecra. dist. 1. si modo iniurio se fusus sit sanguis hominis, non aliter. vide gloss. in cap. vnic. de consecrat. Ecclesia. vel altar. in Sex. in ver-*

in verbo, sanguinis. extra templum iussa
occidi Athalia, 4. Reg. c. 11.

e *Distis Cano. Si motum, & Can. Ecclesiis,*
quos intellige de cognita & de seminis vi-
rilis effusione: & de fornicatione illicita.
Nam de licita coniunctione cum uxore,
num polluat Ecclesiam dubitatur: vide
glos. in dicto. c. unic. de Consecratione Ec-
clesi. vel altaris, in verbo seminis, in
Sexto.

f *dicto. canone. Ecclesiis.*

g *can. de fabrica, 24. de Consecratio. dist. 1.*
explicat c. ligneis, de Consecratio. Ecclesi.
vel alt. vide Iuonem Carnotensem episco-
pulum, epistola 32. & 128.

h *can. Arrianorum. 22. & can. Agapitus,*
23. de Consecrat. dist. 1.

i *cap. 1. & 3. de Consecratio. Ecclesi. lib. 3.*
tit. 40.

k *c. proposuisti, 4. & c. fin. de Consecra. Ec-*
clesi. vel alta. c. significasti. 4. de Adulteriis.

l *c. Consulisti, 7. de Consecra. Ecclesi. vel*
alta.

m *c. aqua per episcopum, 9. de Consecratio-*
ne Eccl.

n *c. uni de eod. titu. in Sex. de Consecrat.*
Ecclesi.

o *Cano. 97. quod quidam, 1. q. 1. ca. fin. 15.*
q. fina. de cohibita. clericorum & mulier.
vide gloss. explicantem, in cap. unic. de
Consec. Ecclesiarum in Sex. ad verbum, D
pollui.

CAPVT VII.

Vnde Nominum Ecclesiarum diuersa
fluxerit appellatio.

ECCLESIA RVM, vt beneficiorum Ec-
clesiasticorum, diuersa nomina: ratio-
ne dignitatis, loci, forma viuendi. a Pri-
ma sedes, Romana Ecclesia dicitur: sunt
Patriarchales, vbi Patriarchæ resident, vel
habent præcipuam sedem. Metropolita-
næ, vel Archiepiscopales, vbi archiepisco-
pi. Episcopales, vbi episcopi. Sunt Colle-
giatæ, non collegiatæ, in quibus & forma
viuendi clericorum b, & ordo fundationi

A impositus consideratur: veluti in Ecclesiis
regularibus, dictis, quod per personas re-
gulares; vel in Secularibus, quod per per-
sonas seculares regantur. c Sunt & aliæ di-
stinctiones, de quibus suo loco agetur
Deo fauente. Postea d parochialis seu ba-
ptismalis Ecclesia, a parochianis ibi bap-
tizandis, quibus præponitur Curio seu Cu-
ratus, qui curam animarum eorum habet.
Matrix Ecclesia, interdum parochialis
ipsa dicitur, cui alia adiungitur in auxili-
um: e interdum & matrix Cathedralis Ec-
clesia. f.

SCHOLIA.

a In distinctione nominum & natura bene-
ficiorum seu Ecclesiarum, fundatio ipsa
præcipue inspicere debet. c. cum dilectus, de
Consuetud. c. quanto. 16. de censib. lib. 3. l.
39. Neque enim fundationi imposita lex
facile immutatur, nisi consentientibus pa-
trono aut fundatore, & illis, quorum inter-
est, & qui possent ex mutatione ladi, argu-
mento c. postulasti, & c. nobis, de iure pa-
trona.

b Iura pertinentia ad ius collegii, sunt, habe-
re arcam communem, res communes, syn-
dicum, & actorem. c. in pertractandis. 3. de
iura. calumnia. lib. 2. ti. 7. l. 1. quod cuius-
que vniuersi. nomi. in P. habere proprium
sigillum, vnum, sicut & vnum corpus, c.
dilecta in Christo, 14. de excessib. prala-
tor. lib. 5. tit. 31. quod fuit approbatum. l.
1. de colleg. illic. in P.

c vide c. 2. de statu monach. lib. 3. ti. 35. c. ne
pro defectu. de electio.

d titulo. 27. de beneficiis.

e vt in c. ad audientiam, in 1. de Ecclesi. ad-
fican. c. ex transmissa, de præscript.

f c. venerabilis 22. de verbor. signif.

CAPVT VIII.

De quibus edificetur Ecclesia.

SPIRITALIS Ecclesia viuus ex lapidi-
bus constructur: a Materialis & terre-
stris ex materialibus. Illa habet fundamen-

tum Apostolorum in lapide angulari & precipuo, IESU CHRISTO: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. *b* Ista materialis, quæ ut lapides, sic fundamenta habet terrena, quæ tamen sua structura admonet contemplari cœlestia.

S C H O L I A.

a c. *Et hoc diximus* 16. *quest.* 7.

b ad *Ephes.* c. 2. *vers.* 20. *vide Durandum lib. 1. Rationalis diuinorum officiorum,* *capit. 1. numer. 9. Et sequentib.*

C A P V T I X.

A quibus adificetur Ecclesia.

I ECCLESIA spiritualis ÷ edificatur a Deo, a prædicatoribus verbi Dei. *a* Materialis ab artificibus seu architectis, proborum virorum cura & sumtibus, quibus permittitur: siquidem non omnibus permillum, *b* sed certis hodie ex auctoritate episcoporum diœcesanorum in locis illis subditis *c*; & in exemptis, auctoritate summi pontificis, *d* postquam Constantinus Magnus templa Christianis concessit. Nam ante a tyrannorum Cæsarum prohibitionibus interdictum erat. Porro qui impetrarunt ædificandi Ecclesiam potestatem, a cœpto opere desistere non possunt, sed perficere & consummare compelluntur: & si morte præuenti, non perfecerint, ad hæredes onus illud transfertur. *f*.

2 Cæterum ÷ ad ædificationem vel reparationem Ecclesiarum parochialium extra voluntatem liberam, tenentur, quando necessitas id postulat, qui eas ex titulo possident, ex bonis ipsarum, si supersint: vel saltem eatenus conferent, si Ecclesiæ fabricæ portio assignata non sufficiat, ut eorum exemplo cæteri parochiani excitentur. *g* Erat porro olim vna pars reddituum ex quatuor reseruata fabricæ *h*. Quod si nulla pars reddituum fuerit assignata vel destinata fabricæ Ecclesiæ, neque Curio habeat ex bonis eiusdem Ec-

clesiæ, quod deductis sumtibus in cultum Dei, & eius victum superfit, si parochiani solent contribuere, seruanda est consuetudo, *i*, si nulla sit, cogendi erunt contribuere, quia eorum causa & utilitas agitur, & satis contribuit inops eorum proprius presbyter, cum laborem pro illorum subit salute. *k*.

S C H O L I A.

a *D. Matthæi* c. 8. *ibi*, tu es Petrus, & super hanc petram, &c. *Ecclesia dicta est luna, quæ crescit in sanctis: decrescit in peccatoribus*, dicit *D. Chrysostomus Tomo. 1. homilia 71. super illa verba*, adtitit regina a dextris, &c.

b §. 1. *ut nullus adificet oratorii domos*, *Novella 67.*

c *ut paulo ante dictum est Et in §. siquis autem, de Ecclesiast. sit. in aut. bent. Et c. nemo, de consecratio. dist. 1. cum similibus sup. citatis.*

d *c. auctoritate, de priuileg. in Sex. sic intellige Cano. de locorum, cum c. sequenti, de Consecratio. dist. 1. quemadmodum non dedicatur Ecclesia noua, nisi summi Pontificis iussu generali, quo donantur episcopi: vel speciali, in exemptis, sic intelligo c. præcepta, §. c. certum 7. Can. Eccl. de Consecr. dist. 1.*

e *c. 15. futurorum, 12. q. 2. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccl.*

f §. *siquis autem, c. 7. nouella, 131. de Ecclesiast. sit. in aut. bent. In uncto. capitul. 10. §. siquis adificationem, eiusdem sit.*

g *c. 1. Et cap. 4. de Eccles. adif. lib. 3. tit. 48.*

h *c. priscis, c. vnio. 10. quest. 3. can. decernimus, 10. q. 1. can. de redditibus, 12. quest. 2. cum simit.*

i *Hostien. in summa titul. de Ecclesiis adificand.*

k *Sic iussit Deus, ut populus contribueret ad adificationem, ornatum, & necessaria Sanctuarii. Exod. c. 25. c. 35. c. 38.*

C A P V T X.

De forma adificandi Ecclesiæ, de translatione, Eccle-

ECCLĒSIA materialis, similitudinem **A**
refert spiritualis: & proinde, solet ædifi-
cari vt plerunque, ad eum modum, quo
pars eius superior ad ortum Solis æquino-
ctialem respiciat: & structura sit in mo-
dum crucis, vel in rotundum. *a.*

In maioribus Ecclesiis, in ambitu qua-
draginta passus relinquuntur: in minori-
bus, vel in capellis, triginta. *b.* Nisi essent
capellæ castellarum *c.* aut essent in terris
monasteriorum ædificandæ. *d.*

S C H O L I A.

a. quorum rationes, vide apud Guillelmum
Durandum, in Rationali diuinorum offi-
ciorum, lib. 1. c. 4. numero 9. & sequentibus.
Athanas. libro de diuersis questionibus q.

14. ait, Apostolos iussisse Ecclesias Chri-
stianorum fundere preces suas Orientem
versus, vt paradisum vnde decideramus
respicientes, suppliciter a Deo petamus; vt
nos, vnde cecidimus, restituat: addit & ali-
as rationes. Diuus porro Clemens Roma-
nus, lib. 2. Constitution. Apostolicarum sic

scribit. c. 61. Cum Ecclesiam Dei con-
uocas, velut magnæ nauis gubernator,
iube cum omni scientia cœtus celebra-
ri: præcipiens diaconis tanquam nautis,
vt disponant loca fratribus tanquam
epibatis cum omni diligentia ac sancti-
tate. Ac primum sit longa domus ad o-
rientem conuersa, ex vtraque parte pa-
stophoria habens, ad Orientem, qua
nauis habeat similitudinem. In medio
eius sit episcopi sedes, ad cuius vtrumq;
latus sedeant presbyteri, & Diaconi al-
sistant succincti & expediti. Horum cu-
ra, vt laici in altera parte sedeant, & cum
quiete & ordine: mulieres quoque se-
deant quiete, &c. Separantur etiam loca
in Ecclesia clericis, populo, & mulieribus, **E**
in consilio Moguntino in c. 1. de vita &
honest. clericorum. lib. 3. ti. iunge Cano. sa-
cerdotum, de consecra. distinct. 1.

b. c. sicut antiquius, 14. quæst. 4.

c. c. quisquis, 7. quæst. 4.

d. c. quæstio. 17. quæst. 4.

CAPVT XI.

1 *Ædificatio, translatio, sublatio, unio, di-
uisio, reformatio Ecclesiarum a quibus fiant.*

2 *Qua in his obseruanda.*

3 *De loco congruo.*

4 *Ecclesia & oratorum indistinctio.*

5 *Vna campana monasterio.*

ECCLĒSIA, aut de nouo ædificandæ **I**
sunt, aut ædificatæ transferendæ, vel
tollendæ, vel vniendæ, vel diuidendæ. Ma-
iores quidem auctoritate summi pontifi-
cis: minores auctoritate episcopi locorum

B*a.* Interdum reformandæ, quod fit aliquan-
do, vel eiectione ibidem residentibus, & eius-
dem ordinis, si religiosæ sint, viris aduoca-
tis, vel si non sint, aliis subrogatis. *b.*

Cum de nouo ædificandæ, vel transfe-
rendæ, vel vniendæ, aut diuidendæ erunt
Ecclesiæ, cura est episcopi inquirendi, de
causa & ratione legitima, *c.* aut de necessi-
tate, vt si auctus sit populus, noua ædifice-
tur *d.* si decreuerit, vniatur; si sublatus, tol-
latur. *e.*

Quemadmodum & ædificiū cœptum **3**
in alterius Ecclesiæ detrimentum, per no-
ui operis nuntiationem impeditur: cura-
bit & episcopus, vt locus sit congruus, &
utilis: *g.* vtque monasteria virorum, procul
a monasteriis mulierum ædificentur. *h.* Ad
formam quoque pertinet consecratio Ec-
clesiæ, altarium, vasorum, vestium Eccle-
siæ, quemadmodum & iussit fieri Deus
Mosi. *i.*

Ecclesiæ dicuntur proprie Christiano-
rum Catholicorum, si publicæ: *k.* Orato-
ria vero, & Christianorum, sed priuata lo-
ca, certo modo permilla, *l.* in quibus nec
campanæ publicæ haberi debent. *m.*

Sicuti etiam nec religiosis domibus **5**
mendicantium licet iure habere vltra
campanam vnani, qua vtantur ad vsum
officiorum diuinorum. *n.*

S C H O L I A.

a. vide c. sicut vnire. 8. de excessis prala. c. ma-
toribus, 8. & Ibi glos. iuncto c. vacante.
16. de præbend.

b. c. inter quatuor, de regularibus.

- c.** §. sancimus, ut nullus edific. orator. domos. A
in athen. translationes Ecclesiarum legi-
tima causa habentur, si necessitas persecu-
torum earum loca grauauerit, si difficul-
tas in illis aliqua adsit, si malorum societa-
te grauantur. can. 36. tribus, de Consecra-
tione, distinct. 1. ca. & temporis qualitas,
7. q. 1. sit autem translatio, vel cōsilio prin-
cipis, vel episcoporum, vel sancta Synodi
ca. 37. corpora sanctorum, de Consecratio.
distinct. 1. vel consilio episcopi & fratrum B
seu Monachorum, si de transferendo mo-
nasterio agatur. ca. si quis uult, 41. 16. q.
7. Episcopalis quoque Ecclesia ciuitati sub-
trahitur, qua suos necauit pastores, & alio
auctoritate summi Pontificis transfertur.
ca. fin. 25. questio. 2. Est & hostilitatis, &
paupertatis causa, translationis, mutatio-
nis, vel unionis occasio, dicto. can. fin. §. ho-
stilitatis, 25. quest. 2. Potest & secularis
Ecclesia, in regularem sine preiudicio ta-
men cuiusquam, mutari. cap. ad audien-
tiam, 5. de Eccles. edifican.
- d.** dict. c. ad audientiam, de Eccles. ad. cap. 3.
cap. tuanos, 6. eo. tit. ad necessitatem refer-
tur multitudo presentis populi, qua una
Ecclesia contineri non potest. ca. precipi-
mus. 16. quest. 1. ob quam Ecclesia maio-
res & minores diuidi in duas possunt & se-
parari, dicto. ca. precipimus, & cap. salua-
tor, de prabend. in Extrauag. communib. D
- e.** c. sicut unire, 8. de excessib. pralator. ca. &
temporis. 48. 7. quest. 1.
- f.** c. 1. & 2. de noui oper. nuntiatio. lib. 5. De-
cretal. tit. 32. neque potest, cui nouum o-
pus denuntiatur, persequi adificationem,
vel si fecerit, tenetur postea demoliri, nisi
cautio post nuntiationem detur, de demo-
lido. si ita dictum fuerit, ut liquet ex cap.
3. & eius titulo. De oper. noui. & l. prator,
§. aut prator eod. tit. in P. vide l. 4. C. eo. tit. E
- g.** ca. Ecclesias per congrua. de Consecratio-
ne. distinct. 1. can. Ecclesias per congrua, 6.
quest. 7.
- h.** ca. monasteria, 19. quest. 2.
- i.** Exod. ca. 40. cap. 2. de Consecratione, dist.
1. eo referuntur Dedicaciones. seu Encenia
Templi Salomonis, 3. Reg. 8. Machabaor-
rum. 1. Machabaorum. 4. atque ut anti-
quis Iudais fiebant Enceniorum annua
solemnitates, 3. Reg. 8. & Diui Ioannis E-
uang. cap. 10. sic inier Christianos, sunt
solemnitates annua Dedicacionis Ecclesia-
rum, can. solemnitates, 16. & 17. de Con-
secrat. distinct. 1.
- k.** quia una est Ecclesia Catholi. una fides,
& eius vnus sponusus, Canticorum cap. 6.
& meretrices dicuntur alia congregatio-
nes, sine donis, sine sacramentis, sine Euan-
gelio, sine iure hereditatis Christi. Optat.
Milenit. in 1. & 2. contra Parmenianum.
l. capit. unicuique, de Consecrat. dist. 1.
m. cap. patentibus, de Priuilegiis.
n. c. unico, de offic. custodis, in Extrauag. com-
munis.

CAPVT XII.

- 1 Ad quem pertineant Ecclesia ut ad Deum.
- 2 Item & de rebus earum.
- 3 Cura earum cuius.
- 4 Et collatio.

ECCLESIA per dedicationē, Dei fit: 1
consecratur, a quamuis patronus, qui
fundum ad eam edificandam dederit, b do-
tauerit, c construxerit d vel reparauerit,
quædam iura in ea habeat. e Nihil enim
ideo proprii domini in Ecclesia habet, ut
vel possit reditus in suos vsus conuertere
f aut bona Ecclesiæ, ratione intris patro-
natus, administrare. g Bona Ecclesiæ in
patrimonio sunt Christi, quæ distribuun-
tur per præpositos in opera pia & mem-
bra eius, seu in pauperes, cum necessitas
suadet, h non in alios profanos vsus. Se-
mel enim Deo dicatum, non est ad vsus
humanos ultra transferendum. i Sic Ec-
clesiæ relicta non debent laicorum vsibus
concedi. k.

Nec permutatur Ecclesia, nisi † cum alia 1
Ecclesia. l Idipsum de aliis rebus conse-
cratis, religiosi vestibus, lignis, vasis, & si-
milibus Deo sacratis dicendum, quæ
quandiu

quandiu consecrata manent, non debent A mundanis vltibus deputari: nisi formam amittant, vel consecratio deleatur: veluti si vasa sacra frangantur vel confientur. n.

- 3 Porro, quamuis Ecclesie Dei sint, tamen illae & monasteria dioceseos, ad curam & dispositionem Episcopi loci in episcopalibus pertinent, o & omnia loca pia, vt xenodochia, & similia eius auctoritate erecta & constructa: p nisi nominatim ex-
 B mta sint ab eius potestate. q Verumtamen non ad Episcopum, sed ad summum Pontificem pertinet, nouam religionis viuendi formam, admittere vel probare. r.
 4 Concedunt non solum summus Pontifex, sed & alii Episcopi, & alii ordinarii beneficiorum & Ecclesiarum titulum, & possessionem, & curam, & custodiam, pro-
 uis & ordinatis. s.

SCHOLIA.

- a Inde domus Dei dicitur, Esai 56. Hieremia 7. D. Luca cap. 9. D. Matthai. cap. 21. D. Marc. c. 11. c. Saluator, cap. ex multis, can. fin. 1. q. 3. cap. cum Ecclesia de immunit. Ecclesia.
 b Hoc enim casu quaritur ius patronatus, c. nobis, de iure patron. ca. Abbatem, 18. quast. 2. canon. pia mentis. 6. quastione 7.
 c Alius modus quarendi ius patronatus per dotationem, ca. filius, ca. quicumque, 16. quastione 7.
 d Et hic modus alius quarendi ius patronatus, canon. monasterium, 16. quast. 7. retinentur isti modi quarendi ius patronatus, in Confil. Trident. sessio. 14. cap. 12. & 13. de reformatione. Decernit tamen eadem sancta Synodus, sessio 25. capit. 9. de reformatione: vt iuuulus Iuris patronatus sit ex fundatione vel dotatione, qui ex authenticis documentis & aliis iure requisitis ostendatur, sine etiam ex multiplicatis E presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliaque secundum Iuris dispositionem. Successione etiam eorum, qui hos ius habent, quaritur, vel ex contractu,

translatione vniuersitatis, vel cessione, vel alio modo permissio, vt c. ex literis, 7. c. illud, 8. de iure patronat. donatione, cap. 1. eodem titulo, in Sex. legato. institutione, Successione intestati: in Clement. 2. eod. tit. vide Ioannem Andream, ad cap. cum seculum, eod. titul. apud Gregorium. Iura patronatus plura sunt, vt presentationis, adueniente vacatione beneficii patronati, ca. 1. §. edificatori, 16. quast. 1. passim, in titulis de iure patronatus hoc inculcatur.
 e Ius aduocationis, cuius plures sunt utilitates in cap. praterca, 23. & sequen. de iure patronatus. pro cessionis. In can. pia mentis, & can. Frigentius, 16. quastione 7. alimta, si ad inopiam patronus perueniat, ca. quicumque, ead. 16. quast. 7. defensio. ca. filius: ca. 16. quast. 7. & alia quadam, quae facile occurrunt.

f Dilectis canonibus pia mentis, Frigentius, quicumque.

g capit. praterca, 4. versic. possessionem, de iure patronatus, Canone sic quidem, & Canone, non erint, 11. quastio. 1.

h can. final. 16. quast. 1. can. quod autem, 23. quastio. 7. can. sicut hi. 47. distinct.

i ca. semel Deo, de regul. iur. cap. conquestus, 16. de for. competen. lib. 2. tit. 2. can. qua semel. 19. quastio. 3.

k ca. nulli. 12. quast. 2. ca. nemini, 40. 16. quast. 7. c. ad hac, 4. de Religio. domib. lib. 3. tit. 36. l. si quis sepulcrum, 12. §. 1. de Religiof. & sum. funer. libro undecimo. tit. 7.

l c. ad quastiones, de Rer. permutatio.

m can. ad hac, ca. ligna, ca. vestimenta, de consecrat. distinct. 1. Daniel. 5. capit.

n Vt in Authen. praterca, de sacrosanct. Eccles. (nouella 120. ca. hoc ius. 10. quast. 1.

o cap. constitutis, de Religiof. domib. cap. conquerente, de offic. ordin. can. omnes basilica 16. quastione 7. cap. 18. monasteria, 18. quast. 2.

p Vide de hac re, cap. 3. & 4. de Religiof. domibus.

q c. cum venerabilem, 7. c. cum dilecti, 8. de

D

relig. domib. c. cum nō liceat, de prescript. **A**
 can. Abbatibus, 18. quaestione 2.

I c. final. de religiof. domib.

S cap. 1. de capell. monach. cap. cum ex iniun-
 cto, in fine de heret. c. cum & plantare, §.
 in Ecclesiis, de priuileg. & beneficium sine
 canonica institutione possideri non potest,
 c. beneficium, de regul. iur. in Sex. nec pos-
 sessio sine superioris auctoritate beneficii
 legitime apprehendi potest. c. eum qui, 18.
 de prebend. in Sex. quamuis possessionis
 immisso auctoritate aliquando fiat **B**
 Archidiaconorum, ut in c. fin. de offi. Archid.
 commendat & ecclesias vacantes Episco-
 pus habentes curam animarum, per sex
 menses. in cap. nemo deinceps, 15. de ele-
 ctio. in Sex. & alia plura agit, quae tradun-
 tur ad c. conquerente de offic. ordinar.

CAPVT XIII.

1 De immunitate Ecclesiarum.

2 Et contrariorum.

3 Quando deponi res in Ecclesia possunt.

1 **P**ROPTER plura, ¶ & in summa ob con-
 secrationem, diuinaque mysteria, quae in
 Ecclesiis, seu aedibus sacris sunt, tractantur
 & exhibentur populo Christiano, a & ab om-
 nni profanatione ipsae aedes sacrae debent
 immunes custodiri: atque ideo in illis non
 permittuntur fieri emones, venditiones,
 aut aliae negotiationes seculares, **b** iudicia **D**
 secularia, **c** hospitium seu caupona, **d** sal-
 tationes seu choreae, **e** cantiones seculares
 & spectacula laruata, **f** conuiuia, **g** tumul-
 tum excitantia, quo mentes orantium &
 plallentium possint interpellari. **h**

2 Sicut autem ¶ Ecclesiarum, sic & cæ-
 meteriorum seruanda honestas. **i** Quia &
 ea, ut Ecclesia, sunt priuilegiata, **k** appella-
 tioneque Ecclesiae venit cæmeterium. **l**

3 Prohibitum in ¶ Ecclesiis recipi sup-
 pellectilia priuatorum, nisi propter hosti-
 les incurfus, aut incendia repentina, vel ob
 alias urgentes necessitates, quae suadeant
 eo refugium; ea tamen lege, ut cessante ne-
 cessitate, res illatae in sua pristina loca re-
 portentur. **m** Vetus & a clericis sub

anathemate, ecclesias incastellari (scilicet
 ne faciant ex his propugnacula) aut in fer-
 uitatem redigi. **n** Ad eas confugientes ut
 retrahere ad supplicium mortis vel cru-
 ciatum corporis. **o** Exceptis personis quo-
 rundam, ut publicorum latronum, no-
 cturnorum depopulatorum. **p** Et eorum
 qui in ipsa Ecclesia vel cæmeterio delin-
 quunt, **q** & similibus. **r**

SCHOLIA.

a Can. sicut non alii. 11. de consecrat. di-
 stinct. 1. domū Dei decet sanctitudo eius.
 Psalm. 19. Ecclesia sane, quidam locus
 est medicina spiritualis, & omnes, qui il-
 luc veniunt, decet, ne domum redeant, nisi
 congrua remedia acceperint, illaque suis
 vulneribus adhibuerint.

b ca. ex multis, 1. q. 1. c. si ciens, 88. dist. D.
 Matth. c. 21.

c cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 3. Decretal.
 tit. 49. ca. fin. maxime, si iudicia sint cri-
 minalia, quae inferant poenam sanguinis.
 c. cum Ecclesia, 5. de immunit. Ecclesiarum.
 Cum etiam interdictum sit personis
 ecclesiasticis, iudicia ferre vel subscribere
 quae inferunt poenam sanguinis, c. in Ar-
 chiepiscopatu, de raptor. c. clerici. & c. sen-
 tentiam sanguinis, ne cler. vel monach. se-
 cularib. negot. se immisce.

d c. 1. de immunit. ecclesiar.

e Ex Concilio Toletano 3. cap. 2. de conse-
 crat. dist. 1. Clement. 1. de celebratio. Mis-
 sar. lib. 3. Clem. tit. 14. in Consilio Basili-
 en. et Pragma. sanctione de his, qui in Mis-
 sa non complent Credo. In Concilio Tri-
 dentino. sessio. 22. post c. 9. in decreto, de
 obseruandis & euitandis in celebratione
 Missae. Referunt Vincentius in speculo,
 & Albertus Krantius lib. 4. c. 33. vindi-
 ctam diuinam, qua constat valde exosus
 deo esse istas cantiones prophanas in locis
 sacris. Scribunt enim apud Saxoniam in
 Colbecke vicu Halberstadenfi, Orthber-
 tum quendam cum octodecim sodalibus,
 viris quindecim & suminis tribus, cho-
 reas dicentem uel Natalitiorum in ca-
 m. eris

- miterio S. Magii, cum non desisterent ad-
moniti a sacerdote, eius dira imprecatione
per annum integrum in eodem statu man-
sisse, sine quiete inuicem manibus harentes,
& non multo post interiisse.
- f dicto titulo, de Spectaculis in Eccles. non
faciend. in pragma. sanctio. ca. nullis, de
Consecratione, distinct. 1. c. cum decorem,
de vita & honesta clericorum, libr. 3. ubi
tamen permittuntur in festis sanctorum,
representationes eorundem, sine laruis ta-
men & irrsione.
- g c. nulli. 47. distinct.
- h c. 2. de immunita. Eccles. in Sex. in sessio.
22. Concilii Tridenti. in capit. 9. in De-
creto de obseruandis & vitandis in cele-
bra. Missa: ibi, Ab Ecclesiis vero musi-
cas, sine organo, sine cantu lasciuum
aut impurum aliquid miscetur, item se-
culares omnes actiones, vana atque ad-
eo profana colloquia, deambulationes,
strepitus, clamores arceant, vt domus
Dei vel domus orationis esse videatur,
ac dici possit. vide l. si quis in hoc genus,
10. de episcop. & cleric. C. de iniuriis pu-
niendis qua inferuntur cultui diuino &
ministeris eius, & in Nouella 123. c. 31. S.
si quis cum sacra ministeria, de sanctissimis
episco. Ibi, Si vero hæc sacra conturba-
uerit ministeria, aut celebrare prohi-
buerit, capitaliter puniatur. Imperator
Martianus in l. denuntiamus vobis 5. de
his, qui ad Ecclesiam confugiunt, vel ibi
exclamant, &c. lib. 1. C. 11. 12. ad popu-
lum sic rescripsit, denuntiamus vobis om-
nibus vt in Sacrosanctis Ecclesiis &
aliis venerabilibus locis, in quibus cum
pace & quieto voce competet celebrari,
abstineatis ab omni seditione. Nemo
conclamationibus vtatur, nemo mou-
eat tumultum, aut imperum commit-
tat, aut conuenticula collecta multitu-
dine in qualibet parte ciuitatis vel vici
vel cuiuscunque loci colligere aut cele-
brare conetur, &c. Quæ verba pulcre
prohibent, ne pendente tempore diuinorum
officiorum celebrandum potissimum die-
- bus festiuis, quibus interesse Christiani de-
bent, officiis, fiant ludi theatrales, vel per-
mittantur alia congregationes quæ volu-
ptatibus & rebus etiam seruis tempore in-
debito vacant. Quod & suis constitutioni-
bus sancte cauerunt reges Galliarum. Vi-
de in librorum Basilicorum ecloga. lib. 60.
tit. 31. & lib. 3. c. 43. Adde Basil. Magnū
in Psal. 28. Qui in templo Dei est, inquit,
nō vana scurtilia probrosaq; loquatur.
Sed in templo Dei, quisq; gloriam Dei
dicet. Assunt Angeli verba describē-
tes: adest dominus affectus intrantium
considerans: preces cuiusq; Deo mani-
festæ sunt, &c. Pietatis tamē ergo, quedā
ibi fieri permissa sunt, vt manumissiones
seruorū, quæ ibi facta in cōspectu Christia-
norum conferebant etiā manumissionis crui-
tatē Romanam. in l. 1. & 2. de his qui in
Eccles. manumittunt. lib. 1. C. 11. 3. memi-
nit de hac manumissione ca. eos qui ad Ec-
clesiam, dist. 87. Publicabatur & in am-
bone Ecclesie libertatis datio eius, qui or-
dinādus manumissus esset, in ca. nulli. 54.
dist. ex consilio Triburienſe cap. 29. Et hoc
genus manumissionis Christianissimo Cō-
stantino tribuunt ibi leges & Historia tri-
partita lib. 1. cap. 9. Et Nicephor. Calix. li.
7. histor. cap. 16. Eadē pietate dictante or-
phanis, tutoris datio cōcessa, cū quolibet lo-
co & tēpore tutela datio fieri possit. l. 3. §.
quolibet loco, de tutel. lib. 26. P. 11. 1. Sunt
alia his similia, quæ prætermitto, quæ qui-
dem & in Ecclesia fieri possunt, dummo-
do tamen nō intermittatur cultus ideo di-
uinus, & fiant horis, quibus is non fit.
- i Clem. 1. in fine de celebratione Missarum.
- k can. quisquis inuēit, 17. quest. 4. cap. cum
Ecclesia. de immuni. Ecclesiar. cap. 1. de
Consecratio Ecclesie vel altar. in Sex.
- E l. si ciuitas, de Sent. ex cōmunicationis in Sex.
m c. fin. de custod. Eucharist. lib. 3. tit. 44.
- n can. sanctorū, 14. 10. quest. 1. Quia iuxta
Ecclesias debent esse tantum clericorū ha-
bitacula. can. 3. & 442. quest. Et quia ca-
uendū est, ne in Ecclesiis accidat pollutio
per sanguinis effusionē, cap. proposuisti, de

episcopus simul cum clericis, tantam utilitatem vel necessitatem viderit, quæ sine collectione & auxilio Ecclesiæ releuari non possit, & quod nullæ aut exiguæ laicis suppetât facultates, subsidiaq; duxerit per Ecclesias conferenda, laici humiliter & deuote ipsa cum gratiarum adione debent accipere. Prius tamen & hic summus Pontifex consulendus. *b*

2 Personæ Ecclesiasticæ, ꝛ diaconi, subdiaconi, exorcistæ, lectores, acolythi, clerici, monachi, a muneribus personalibus expertes & immunes sunt. *c* Et sordidorum munerum habent vacationem. *d* Placuit tamé vigente causa necessitatis, vicino existente hoste, Ecclesiæ homines non excusari ab excubiis, seu vigiliis murorum ciuitatis. *e*

SCHOLIA.

a cap. 1. & cap. clericis. capit. quanquam de immunita. Ecclesiar. in Sex. cap. non minus. 4. c. aduersus. 7. eodem tit. apud Gregorin. cano. in qualibet. ca. secundum. 22. quast. 8. In Concil. Tridentin. sessione 25. de reformatione. cap. 20. constitutio. item nulla communitas. C. de Episcop. & cler. l. 2. C. eod. ratio. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio a defectu potestatis laicorum. Alia ut discrimin inter res diuinas publicas priuatas constituatur, l. sanctimus. 22. & l. ut inter diuinum. 23. C. de Sacrosanct. Ecclesiis.

b in dicto cap. aduersus, & ca. non minus de immunit. Eccles. ad utilitatem & necessitatem publicam potest referri. l. ad instrum. Etio. C. de Sacrosan. Eccle. §. ad hoc, de Ecclesiast. tit. qua iura de locupletibus intelligi debent Ecclesiis, & quando auctoritate quoque & consensu superioris pastoris Ecclesia permittitur.

c l. presbyteros. §. & l. generaliter. §. 2. de episcop. & cleric. cap. 10. generaliter. 16. quæ. 1. cap. 3. distin. 88. Quæ dicuntur personalia munera, docet l. 1. & si. de munerib. & honoribus. P. ita excusantur ab omni

A tutela & cura cuiuscuque generis personarum. si velint. ca. ultimo. §. 6. dist.

d ca. generaliter. §. 1. 16. quastio. 1.

e in cap. 2. de immunita. Eccles. Fuerunt tamen impij Casares, qui quamuis Christiani nomen ferrent, tamen & bona Ecclesiastica & personas eius afflixerunt. Qualis Constantinus alienus a Constantini Magni pietate, ut liquet ex constitutionibus eius Gracis 1. & 3. & alius Theophilus Orientis Imperator filius Michaelis, ut liquet ex eius constitutionibus.

DE FIDE CATHOLICA.

TITVL. V.

SCHOLIA.

a De Summa Trinitate & fide Catholica tractatur lib. 1. Decret. tit. 1. lib. 2. Sexti tit. 1. lib. 2. Clementinarum tit. 1. Exponitur & fidei Catholicæ compendium in cap. qui episcopus 23. distinct. in can. fin. de Consecratione. distinct. 3. & in can. 1. cap. illud, can. filius. ca. non illud, can. Baptismi. ca. symbolum, de Consecratio. dist. 4. Exstat in iure ciuili, lib. 1. titul. 44. de summa trinitate. & fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat. Heraclii constitutio 1. de fide, lib. 1. Iuris Orientalis collecti per Bonestidii. Exstat & in calce Concilii Tridentini Bulla Pii Pap. 4. Super forma iuramenti fidei, quæ compendium fidei euoluitur.

CAP. I.

Continuatio & de nomine fidei.

Expedita tractatione ꝛ de Ecclesia: dicamus de his, quæ in Ecclesia tractantur, & primum de fide Catholica, a qua Ecclesia seu congregatio fidelium dicitur Catholica. *a* Fides dicta a quodam, *b* fundamentum iustitiæ, dictorum conuentorumque cõstantia, & veritas: & quia credamus, quod fiat quod dictum est, fidem appellatam.

SCHOLIA.

a ca. Ecclesia de Consecratio. distin. 1. ca. legimus 9. distinctio.

D 3